



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

6. De Baracanauta salutarem hostiam SS. Eucharistiæ à naufragio liberato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

LIBER I.

sent aufugere, & in Cyprum venire, affirmarunt parentibus adolescentis, eum esse mortuum in custodia. Illi verò tres quotànis synaxes celebrabant, tanquam eo mortuo. Quatuor anni præterierant, cum filius illinc aufugiens, redit domum. Quem cum parentes non tanquam, qui fugisset è custodia, sed tanquam qui surrexisset à mortuis, cum magno stupore aspexissent, & fuissent ineffabili voluptate repleti, & alia faciebant & dicebant, quæ anima, quæ talem vidisset, faceret & diceret: & quemadmodum ei tanquam iam mortuo fecerát iusta, quæ sunt mortuis, & cum eum docuissent, quinam essent ij dies, nempè dies sanctorum Theophaniorum, & dies salutaris Paschæ, & dies sanctæ Pentecostes. Hæc cum ille audiisset, & in memoriam reuocasset, parètibus affirmabat, quod his ipsis diebus relaxabatur à vinculis aduentu cuiusdam, qui gestabat lampadem, & fruebatur omni securitate: diebus autem sequentibus tenebatur vinculis, sicut prius,

D. Gregorius Magnus lib. 4 Dialogorum cap. 57. De Baraca naua per salutarem hostianæ SS. Eucharistiæ à naufragio liberato.

CAP. VI.

AGATHus Panormitanus Episcopus, sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt atque testantur, cum beatæ memorie

A 5 moriæ

moria antecessoris mei tempore iussus esset ut Romam veniret, vim nimiae tempestatis pertulit, ita ut se ex tanto vndarum periculo euadere posse diffideret. Nauta vero illius Baraca nomine, qui nunc eiusdem Ecclesiae clericatus officio fungitur, post nauem carabum regebat, ruptoque fune cum eodem carabo quem regebat, inter vndarum cumulos repente disparuit. Nauis autem cui Episcopus praerat, tandem post multa pericula ad Vsticam insulam fluctibus quassata peruenit. Cumque die tertio Episcopus nauem qui ab eo abreptus in carabo fuerat, in nulla maris parte videret apparere, vehementer afflictus mortuum credidit, sed per obsequium charitatis viuo unum quod mortuo debebat, impendit: & omnipotenti Deo pro absolute eius animae offerre sacrificium victimae salutaris iubet. Quo oblato, restaurata naue perrexit ad Italiam. Cumque ad Romanum portum venisset, illic nauam reperit, quem mortuum putabat. Tunc inopinata exultatione gaudens, & eum qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo viuere potuisset, inquisit. Qui videlicet indicauit, quoties in illius tempestatis fluctibus cum eodem quem regebat, fuisset carabo versatus, qualiter cum illo vndis pleno natauerat: & quoties eo a superiori parte deorsum verso ipse carinae eius superfederet, adiungens cum diebus ac noctibus hoc incessanter faceret, iamque eius virtus funditus ex fame simul & labore cecidisset, quo eum ordine diuina misericordia ser

naue

uauerit, indicauit. Etenim quod etiã nunc vsq; restatur dicens: Laborans in fluctibus atque deficiens, subito metis pondere sum gratatus, ita ut neque vigilare me crederem, neque depressus summo essem: & ecce in eodem medio mari me posito, quidam apparuit qui mihi panem ad refectiõnem detulit. Quem mox ut comedi, vires recepi, nec longè post nanis transiens affuit, quæ me ab illo vndarum periculo suscepit atque ad terram deduxit. Quod scilicet Episcopus audiens requisit diem, atque illum fuisse diẽ reperit, quo pro eo presbyter in Vstica insula Deo omnipotenti hostiam sacræ oblationis immolauit.

D. Gregorius Magnus hom. 37. in Euangelia de Cassio Narniensi Episcopo, quotidianas Deo hostias offerente.

CAP. VII.

Multi vestrum fratres charissimi Cassium Narniensi vrbis Episcopum nouerunt: cui mos erat, quotidianas Deo hostias offerre, ita ut pene nullus dies vitæ eius abscederet, quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret. Cui cum sacrificio valde etiam concordabat vita. Nam cuncta quæ habebat in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificij venisset, velut totus in lachrymis defluens, semetipsum cum magna cordis

dis